

Super advocatia Ksiagienicze
consensus cum adjunctione
Summe.

29

Sigismundus Dei gratia Rex Polonia,
magnus Dux Lithuaniae, Russiae, totiusq[ue]
Prussiae et Masovia etc. Dominus et haeres
Significamus tenore presentium, quibus ex-
pedit, universis harum notitiam habituris.
Quia nos commendatam habentes fidem
et integritatem Generosi Petri Kopitowsli
de Kopitowo Castellani Warschoviensis et
Capitanei Wischegradensis fidelis nostri di-
lecti, sibi advocatiam nostram in villa no-
stra Ksiagienicze tenete sua consistente
de manibus quorumcunque eiusdem Advoca-
tiae possessorum, ac molendinum in flu-
vio nuncupato Kopitnicza, alias Lale-
nicza ibidem in praedicta villa et haere-
ditate nostra Ksiagienicze sita. de mani-
bus honesti Nicolai Madey et aliorum
quorumvis ejusdem molendini Possessorum
redimere de certa scientia et gratia nostris
Regiis consensendum et admittendum du-
ximus, consentimusque et admittimus pre-
sentibus, citra tamen augmentum Summa-
rum pecuniarum in literis originalibus
super advocatiam et molendinum praefata
juste et legitime concessis contentarum
et descriptarum per ipsum Petrum Kopi-
towsli et suos legitimos Successores
Advocatiam

Advocatiam et molendinum prenomina-
ta cum omnibus et singulis eorundem
Advocatie et molendini utilitatibus,
Fructibus, redditibus, proventibus, emol-
umentis et obventionibus generaliter
universis ad prefatam Advocatiam et
molendinum quomodolibet ex antiquo
pertinentibus, alias juxta vim et conti-
nentiam Privilegiorum Originalium de
super juste et legitime datorum tenen-
dam, habendam, uti fruendam, pacifice
et quiete possidendam tandem donec pro
villa advocatia et molendino prefatis
simul et conjunctim omnes pecuniarum
Summe in eisdem, villa, Advocatia et
molendino juste et legitime inscripte
per nos et Successores nostros fuerint ple-
narie, integraliter et non divisim perso-
lute. Quo facto ad nos et Successores
nostros prefatorum ville, advocatie,
et molendini possessio redibit, jurebus
nostris salvo per omnia durantibus, ha-
rum testimonio literarum sigillum nrum
presentibus est sub appensum. Datum
Cracovie in conventionem generali sabbatho
proximo ante festum S. Benedicti Abbatis
Anno Dni millesimo quingentesimo trice-
simo. Regni vero nostri anno vigesimo quarto.
Christophorus de Schydtowicz Relatio illius Christophori de
Castro et Cap: Crac: R. Poldhani: Castellanus et Cap:
Panci Crac: R. Pold. Lancetb.

Ja kopia prepisana 2 Originalu pergaminowego,
u Litorego wivi piecegi na Lawiase pergaminowej,
d. 22. Maj. 1785. Polu.